

Rationes Decem:
QVIBVS FRETVS, CERTA-

*men aduersarijs obtulit in
causa FIDEI, Edmun-
dus Campianus,*

*E Societate Nominis IESV Presbyters:
ALLEGATÆ*

Ad clarissimos viros, nostrates Academicos.

Ego dabo vobis os & sapientiam

aduersarij vestri. Luc. cap. 21.



cui non poterunt resistere

& contradicere omnes

Psal. 63.

pauculorum facte sunt plage eorum.

Edmundus Campianus,
Doctissimis Academicis, Oxoniæ
florentibus & Cantabrigiæ,
S. P. D.

ANNO præterito, cùm ex
instituto vitæ meæ, iussus
in hanc Insulam remeas-
sem, clarissimi viri, offen-
di sanè fluctus haud paulo sæuiores in
Anglicano litore, quàm quos in Oce-
ano Britannico recens à tergo reli-
queram. Mox interiorem in Angli-
am vbi penetrassem, nihil vidi fami-
liarius, quàm inusitata supplicia: nihil
certius, quàm incerta pericula. Colle-
gi me vt potui, memor causæ, memor
temporum. Ac ne priùs fortè corri-
perer, quàm auditus a quopiam fuif-
sem, scripto protinus mandaui cõsili-
um meum, qui venissem, quid quære-
rem, quod bellum, & quibus, indicere
cogitarem. Autographõ apud me ha-
bui, vt mecum, si caperer, caperetur:

‡

Ex-

PRAEEATIO.

Exemplum eius apud amicum deposui, quod, me quidem nesciente, pluribus communicatum est. Aduersarij publicatam schedulam atrociter acceperunt, cum caetera, tum illud inuidiosissime criminantes, quod vnus omnibus in hoc religionis negotio certamen obtulisset. quanquam solus in acie non eram futurus, si fide publica disputassem. Responderunt postulatis meis, *Humerus, & Charcus*. Quid tandem? Otiose omnia. Nullum enim responsum praeter vnum honeste dabunt, quod nunquam dabunt: *Conditioes amplectimur, Regina spondet, aduola*. Interea clamant isti: Sodalitium tuum, seditiones tuas, arrogantiam tuam, proditorem, sine dubio, proditorem. Ridicule. Operam & oleum & famam homines non insipientissimi cur profundunt? Verum his duobus (quorum prior, animi causa, meam chartam delegit in quam incurreret: alter malitiosius totam rem conuoluit) prebitus

PRAEFATIO.

bit⁹ nuper est libell⁹ admodū luculē-
tus, qui quātum oportuit, tantū & de
Societate nostra, & de horum iniuri-
js, & de prouincia quam sustinemus,
edisserit. Mihi supererat, (quoniam,
vt video, tormenta non scholas pa-
rant antistites) rationem facti mei
vobis vt probarem: capita rerum, quæ
mihi tantum fidētiæ pepererunt, qua-
si digito fontes ostenderem: Vos eti-
am hortarer, quorum interest præter
cæteros, incumbatis in hanc curam,
quam à vobis Christus, Ecclesia, Res-
publica, & vestra salus exigunt. Ego,
si fretus ingenio, literis, arte, lectione,
memoria, peritillimum quenq; aduer-
sarium prouocaui, fui vanissimus &
superbillimus, qui neq; me, neq; illos
inspexerim: Sin causam intuitus, ex-
istimaui satis me valentem esse, qui
docerem hunc solem meridie lucere,
debetis mihi feruorem istum conce-
dere, quem honor IESV CHRISTI
REGIS mei, & inuicta veritas impe-

PRAEATIO.

rarunt. Scitis, M. Tullium in Quintiana, cum ei Roscius victoriam adpromitteret, si efficeret argumentis, septingenta millia passuum non esse decursa biduo, non modo nihil veritum articulos & nervos Hortensij, sed ne grandiores quidem Hortensio Philippos, & Cottas, & Antonios, & Crassos, quibus maximam dicēdi gloriam tribuebat, metuere potuisse. Est enim quaedam veritas tam illustris & perspicua, ut eam nullæ verborum rerūve præstigiæ possint obruere. Porro liquidius est quod nos agimus, quā illa fuit hypothesis Rosciana. Nam si hoc præstitero, cælos esse, duos esse, fidem esse, Christum esse, causam obtinui. Hic ego non sim animosus? Equidem occidi possum, superari non possum. Ijs enim doctōribus insisto, quos ille Spiritus erudijt, qui nec fallitur, nec vincitur. Quaeso a vobis, ut salui esse velitis. A quibus hoc impetraro, reliqua minimè dubitanter expecto

PRAEFATIO.

pecto. Date modó vos huic sollicitudini, Christum obtestamini, industriam adiungite, profecto sentietis id, quod res est, & aduersarios desperare, & nos tam solidé fundatos, quieto magnoq; animo hanc arenam expetere oportere. Breuior hic sum, quod reliquo sermone vos alloquor. Valet,

RATIONVM CAPITA,

1. SACRAE Literæ,
2. SACRARUM Literarum sententia,
3. NATVRA Ecclesiæ.
4. CONCILIA.
5. PATRES.
6. FIRMAmenta Patrum.
7. HISTORIA.
8. PARADOXA.
9. SOPHISMATA.
10. OMNE genus testium.

Rationes Oblati CER- TAMINIS REDDITÆ AC ADE- micis Argutæ.

PRIMA RATIO.

J.



CVM multa sunt, SACRAE
 quæ aduersariorû LITERAE,
 diffidetiã in cau-
 sa loquuntur: tum
 nihil æquè, atq; sã-
 ctorum Maiestas
 Bibliorum fãdis-
 simè violata. Etenim qui, posteaquã
 reliquorum testium voces & suffragia
 contempserunt, cõ sunt redacti nihilo
 feciùs vt stare nequeant, nisi diuinis
 ipsis codicibus vim & manus intule-
 rint: Ij se profecto declarant extremã
 fortuna conflagere, & rebus iam des-
 peratis ac perditis experiri durissima
 velle atq; vltima. Manichæis quid cau-
 sã fuit, vt Euangeliũ Mathæi & Acta
 resigerët Apostolica: Desperatio. His

Augu. li. 28.

cont. Faust.

c. 1. 2. & de

enim vtil. cre. c. 3.

A. j,

Rationes Redditæ

*Matt. 1.
A. 1. 2.*

*Gen. li. 1. cap.
26.*

*Praefat. ep. 1. 2.
v. 1. et 2. li. de
cap. Bala &
Cetera Magl.
p. 25. 58.
Luc. 2.*

Bibl. Gene.

enim voluminibus cruciabantur, & qui Christum negauerant prognatū de virgine, & qui Spiritum Christianis tam primo exultus illapsum finxerant, quā ipsorum Paracletus, Persa nequissimus, erupisset. Quid Ebionis, vt omnes Pauli repudiarent epistolam? Desperatio. His enim suā dignitatem retinentibus, antiquata circumcisio est, quam isti reuocauerant. Quid Luthero, vt epistolam Iacobi contentiosam, tumidam, aridam, stramineam, flagitiosus apostata nominaret, & indignam spiritu censeret Apostolico? Desperatio. Hoc enim scripto consotius miser atq; disruptus est, cum in sola fide iustitiam constitueret. Quid Lutheri catulis, vt Tobiam, Ecclesiasticum, Machabæes & horum odio complices alios, eadem calamita comprehendens, e sincero Canone repente dispungerent? Desperatio. His enim Oraculis disertissime coarguantur, quoties de Angelo-

rum

Rationes Redditæ

*De d. Chri.
l. 2. ca. 8.*

Sess. 4.

Vide Melch.

Ca. l. 2. de lo.

Theol. ca. 9.

10. 11.

De Præd.

Sanct. ca. 14.

scipuli iam pridem damnauerant atq;
denferant. Quanto modestius Au-
gustinus, qui sacrosanctum catalogū
pertexens, non sibi, neq; Alphabetum
Hebraicum, vt Iudei, neque priuatum
spiritum, vt Sectarij, p̄ regula posuit;
sed illum Spiritum quo totum corpus
Ecclesiæ Christus animat; quæ quidē
Ecclesia custos huius depositi, non
magistra, que d' hæretici cauillantur,
thesaurum hunc vniuersum quē Tri-
dentina synodus est amplexa, vetusti-
ssimis olim Concilijs publicitū ven-
dicauit, Idē Augustinus de vna Scrip-
turarum particula speciatim differens,
inducere in animum non potest, librū
Sapientiæ, qui iam tum, Ecclesiæ cal-
culo, temporum serie, priscorum testi-
monio, instinctione fidelium, vt fir-
mus & Canonicus robur obtinuerat,
cuiusquam temeritate vel susurro, ex-
trudi extra canonem oportere. Quid
ille nunc diceret, si viueret in terris, &
Lutheros Calunosq; concerneret o-
pifices

Academicis.

pifices Bibliorum, qui sua lima politula & elegātula veteris nouumq; Testamentum raserint, neque Sapieniam tantum, sed & alia per multa de Canonicorum librorum ordine segregauerint: vt quicquid ex horum officina non prodierit, illud ab omnib⁹, phrenetico decreto, tanquam incultum & horridum conspuatur? Ad hoc tam durum & execrabile per fugium qui descenderint, ij certē, licet in ore suorum assecularum volitent, Sacerdotia mundinentur, declamitent in concione, ferrum in Catholicos, equuleum, crucemq; consciscant, tamen victi, abiecti, squalidi, prostrati sunt: quandoquidem arrepta virgula censoria, velut arbitri sedentes honorarij, diuinas ipsas tabulas, si quæ ad stomachum non fecissent, obliterant. Ecquis est, vel mediocriter institutus, qui talium cuniculos hostium reformidet? qui hostes, quāprimum in corona vestra, eruditorum hominum, ad eiusmodi

A.ij.

vetera-

Rationes Redditæ

veteratorias artes, tanquam ad familiarem demonem curerent, non aurium cõuitio, sed strepitu pedum exciperentur. Quærerem ab illis, verbi gratia, quo iure corpus Biblicum detruncant atque diripiant. Respondēt, non se veras scripturas excindere, sed excernere supposititias. quo iudice? Spiritu sancto. Hoc enim responsum a Caluino præscribitur, vt Ecclesiæ iudicium, quo spiritus examinatur, subterfugiat. Cur igitur alias alij lancinatis, cum omnes eodem spiritu gloriemini? Caluinianorum spiritus recipit sex epistolas, quæ spiritui non placent Lutherano: treti tamen vterq; sancto spiritu. Anabaptistæ, historiam Iobi fabulam appellant, tragicis & comicis legibus intermixtam. Qui sciunt? Spiritu docente. Castalio, mysticum illud Salomonis Canticum, quod, vt paradysum animæ, vt manna reconditum, vt opiparas in Christo delicias catholici admirantur, nihilo pluris, quim cantio-

Inst. li. 1. ca. 7.

Xist. Sæ. li. 7.

Praef. in Can.

Academicis.

cantilenam de amricula, & cum pedisequis aulae colloquium amatorium, venerus furcifer, aestimavit, Unde hausit? a spiritu. In Apocalypsi Ioannis, cuius omnes apices excelsum aliquid & magnificum sonare confirmat Hieronymus, tamen Lutherus & Brentius & Kemnisius quiddam, nescio quid, difficiles Aristarchi desiderant, eo scilicet propendentes ut exauctoretur. quē percontati? spiritum, Quatuor Evangelia feruore praepostero Lutherus inter se committit, & prioribus tribus epistolas Pauli longē praefereus, vnicum deinceps euangelium Ioannis, pulcrum, verum, praecipuum decernit esse nominandum, quippe qui, quod in ipso fuit, libenter etiam Apostolos suarum rixarum socios adscripserit. quo doctore? spiritu. Quin etiam iste fraterculus non dubitavit Euangelium Lucae petulanti stylo perstringere, quod in eo crebrius bona nobis virtutum opera cō-

Ep. ad Pauli.

praef. in Apo.

Praef. in no. tes.

*Ser. de Pharis.
& Publ.*

A, iij.

men

Rationes Redditæ

mendentur. quem interrogavit? spiritum. Theodorus Beza verbum illud
In Luc. 22. ca. arcanum ex Lucae vigesimo secundo
capite, *Hic est calix, novum testamentis*
Poterior. *in sanguine meo, qui* (calix) *pro vobis fū-*
Ekchynome- *datur:* ausus est vt corruptum vitiatūq;
non. traducere, quod hæc oratio nullam
expositionem nisi de vino calicis cō-
uerso in verum Christi sanguinem
patiatur. quis iudicavit? spiritus. De-
niq; cum omnia credant suo qui? que
spiritui, nomen Sancti Spiritus horri-
bili blasphemia mentiuntur. Qui sic
agunt, nonne se produnt? nonne fa-
cile refutantur? nonne in consellu tali-
um virorum, quales estis Academici,
tenentur, ac minimo negotio cōstrin-
guntur? Cum his ego timeam pro fide
Catholica disputare, qui pessima fide,
voce non humanas, sed æthereas,
tractauere? Nihil hic dico, quæ vertē-
do peruerterint, quamuis intollerabi-
lia sint quæ accusem. Gregorio Mar-
tino scientissimo linguarum, collegæ
meo,

meo, qui doctius & plenius hoc præstabit, nihil præripio, nec alijs, quibus id laboris esse iam præ manib⁹ intellexi. Facinorosius crimen est ac tetrius, quod nunc persequor: Inuentos esse doctoreulos, qui temulento quodam impetu in caeleste chirographum inuolarint: id ipsum plurib⁹ locis, vt maculatum, vt mancum, vt falsum, vt surreptitium condemnarint: eius partes aliquas correxerint, aliquas corroserint, aliquas euulserint: Huic, omne propugnaculum quo muniebatur, in Lutheranos spiritus, tanquam in val-la phâtasmatum pictosq; parietes cõmutarint: ne prorsus obmutescerent, quum in scripturas errorib⁹ suis infestas impingerēt, quas nihilo commodius expedire, quim sorbere fauillas aut saxa mandere potuissent.

Hæc ergo mihi prima ratio vehemens & iusta fuit, quæ vbi partes aduersarias umbraticas & fractas ostendisset, animum sanè addidit Christia-

Rationes Redditæ

no, & viro, & in his studijs exercitato, pro sempiterni Regis diplomate aduersus reliquias profligatorum hostium decertandi.

II.

SECUNDA RATIO.

SACRARVM
LITERARVM
SENTENTIA

ALTERVM est, quod me quidem ad congressum incitarit, & horum apud me copias eleuarit, aduersarij perpetuum in scripturis exponendis ingenium, plenum fraudis, inane prudentiæ. Statim hæc Philosophi tangeretis. Itaq; vos auditores expetij.

Mat. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

Sciscitemur ab aduersarijs, exempli gratia, quidnam sequuti nouam sectam intriuerint, qua Christus excluditur e cæna mystica. Si nominant Euangeliū, accurrimus. A nobis verba sunt. *Hoc est corpus meum. Ille est sanguis meus.* Qui sermo visus est ipsi Luthero tam potens, vt cum etiam discuperet fieri Zuinglianus, quod ea re plurimum incommodare Pontifici potu-

potuisset: captus tamen & vinctus apertissimo contextu caderet, neq̄ minus inuitus Christū verē præsentē in Sacramento sanctissimo fateretur, quā̄ olim demones victi miraculis Christum Dei filium vociferati sunt. Agedum, pagella scripta superiores sumus, de sententia scripti contenditur. Hanc peruestigemus ex verbis adiacentib⁹. *Corpus meum quod pro vobis datur. Sanguis meus, qui pro multis effundetur.* Adhuc durissimæ partes Calvinii sunt, nostræ faciles & explicatæ. Quid amplius? Conferte Scripturas, inquit. Maxime. Conspirant euangelia, Paulus adstipulatur. Voces, clausulæ, tota connexio, panem vivum, insigne miraculum, cæleste pabulum, carnem, corpus, sanguinem, reuerenter ingeminant. Nihil ængmaticum, nihil offusum caligine loquendi. Tamen perstant aduersarij, neq̄ vllum finem faciunt altercandi. quid agimus? Opinor, audiatur anti-

B. ij. quitas,

Luth. in epist.
ad Argent.

Matt. 8.

Mar. 10.

Luc 22.

Matt. 26.

Io. 6.

Matt. 16.

Mar. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 10. 6.

11.

Rationes Redditæ

quitas, & quod nos alteris alteri suspecti non possumus, illud, omnium seculorum veneranda canicies, Christo propior, ab hac lite remotior, decidat arbitrio. Non ferunt, prodi se aiunt, Dei verbum purum putum inclamant, hominum commentarios auerfantur. Infidiosè, ineptè. Dei verbum perurgemas: obscurant: Divos testamur interpretes: oblitunt. In summa, sic instituant, nisi reorum iudicio steteris, nullum iudicium fore. Atq; ita se gerunt in omni quam exercemus controuersia. De infusa gratia, de inhaerente iustitia, de Ecclesia conspicua, de necessitate baptismatis, de Sacramento & Sacrificio, de piorum meritis, de spe & timore, de peccatis imparib⁹, de auctoritate Petri, de clauib⁹, de votis, de consilijs euangelicis, de cæteris, scripturas neq; paucas & ponderosas Catholici passim in libris, in colloquijs, in templis, in schola citauimus atq; disculimus: eluserunt. **Veterum**

Rationes Redditæ

Apoc 2.

Pfal 7.

Iſa. 2. & 35.

Car. 6.

Mat. 13.

Ep. 5.

1. Cor 12.

1. Tim. 3.

Io. 14.

Mat. 16.

Mat. 18.

*Cal. Inſt. li 4
ca. 1. na 2 & 3.*

tum Prophetiſis, tum Apoſtolicis, v-
biq; honorificam Eccleſia fieri menti-
onem: vocari civitatem ſanctam, fruc-
tiferam vineam, montem excelſum,
directam viam, columbam vineam,
regnum Cæli, ſponſam & corpus
Chriſti, firmamentum veri, multitudi-
nem illam, cui Spiritus promiſſus in-
ſullet omnia ſalutaria: illam in quam
vniuerſam, nullæ ſint unquam fauces
diaboli morſum letiferum impactura:
illam, cui quicumq; repugnet, quantum
vis ore Chriſtum prædicet, non magis
Chriſto, quam publicanus aut ethni-
cus, potior Non eſt auſus contraue-
nire ſonitu, videri noluit Eccleſia quã
toties Scriptura commemorant, re-
fragari, nomẽ callidè retinuit, rem ip-
ſam funditus deſimendo, ſuſtulit. His
enim proprietatib⁹ delineavit Eccle-
ſiam, quæ penitus ipſam occulant, &
dimotam a ſenſib⁹, tanquam idẽam
Platonẽam, ſecretis obtatib⁹ homi-
num perpaucorum ſubijciant, eorum
tan-

& tantummodo qui singulariter afflati,
 corpus hoc aernum intelligentia cõ-
 prehenderent, & huiusce fodalitatis
 participes subtili quodam oculo iust-
 rarent. Vbi candor? Vbi simplicitas?
 Quæ scripturæ, quæ sensa, qui patres,
 hoc penicillo depingunt Ecclesiam?
 Sunt Christi ad Asiaticas ecclesias,
 sunt Petri, Pauli, Ioannis, aliorum, ad
 diuersas epistola: frequentes in Actis
 Apostolicis inchoantur & propagan-
 tur ecclesia. Quid ista? num soli Deo
 & sanctis hominib⁹, an Christianis
 etiam cuiuscunq; generis manifesta?
 Sed profecto, durum telum necessitas
 est. Ignoscite Nam qui seculis omni-
 no quindecim, non oppidum, non
 villam, non domum reperunt imbu-
 tam doctrina sua, donec infelix mo-
 nachus in cello connubio votam Deo
 virginẽ iunestasset, aut Heluetus gla-
 diator in patriã cõiurasset, aut stigma-
 ticus perfuga Geneuam occupasset: Ij
 coguntur ecclesiam, si quam volent, in
 latebris

Apo. 1. 2. 3.

Act. 8. 10. 11.

& seq.

Lutherus.

Zuingius.

Caluius.

Iuberi Christianos omnes adiungere se Ecclesiæ, cauere ne spiritali gladio trucidentur, in domo Dei pacem colere, hinc animas credere columni veritatis, isthuc querelas omnes deponere, hinc eiectos habere pro ethnicis, nescire tamen tot centenis, tot homines, vbinam illa sit, quæ huc pertineant? Vnum illud crepare in tenebris, vbi, vbi sit Ecclesia, tantum modo sanctos & in æthera destinatos eâ contineri? Ex quo fit, vt si quis imperium sui præsulis detrectare velit, scelerare soluatur, dummodo sibi persuadeat presbyterum in crimen incidisse, & ab Ecclesia protinus excidisse. Cû scirem aduersarios talia comminisci, quod nullius ætatis Ecclesiæ consueverent, & orbatos tota re, velle tamen inter angustias vocabulum possidere, solabar me vestro acumine, atq; ad eò mihi pollicebar fore, vt quamprimû huiusmodi technas ex ipsorum confessione cerneretis, statim homines in-

C.j.

genui

Rationes Redditæ

genii & cordati stultas argutias in
vestram intextas perniciem discinde-
retis.

III.

QUARTA RATIO.

CONCILIA. **G**RAVIS, Ecclesia nascente, questi-
o de legitimis carimonijs, quæ
credentium animos disturbant, co-
aëto Apostolorum & seniorum con-
cilio, soluta est. Credidere parentib⁹
filijs, pastorib⁹ oues, in hæc verba mā-
dantib⁹: *Placuit Spiritus Sancto & no-
bis.* Sequuta sunt ad extirpandam hæ-
resim, quæ varia quibusq; seculis pul-
lulavit, œcumenica veterum concilia
quatuor, tantæ firmitudinis, vt ijs, an-
te annos mille, singularis honos tan-
quam diuinis vocib⁹ haberetur. Non
abibo longius. Etiam domi nostræ
comitijs regni, eadem concilia, pristi-
num ius, inuolatamq; dignitatem ob-
tinent. Hæc citabo, teq; ipsam, Anglia,
dulcissima patria, contestabor. Si quæ-
ad.

Act. 15.

*Greg. li. 1. ep.
24.*

*An. r.
Elisab.*

admodum præ te fers, quatuor ista concilia reuerebere, summum honorem primæ sedis episcopo, id est, cetro deferes: Inruentur corporis & sanguinis Christi sacrificium in altari recognosces: Beatos Martyres, diuosque omnes carites, vt pro te Christo supplicet, obsecrabis: Mulierosos apollatas ab infando concubitu & incestu publico coercebis: multa facies quæ demoliris, multa quæ facis, infecta uoles. Porro Synodos aliorum temporum, nominatim uero Tridentinam, eiusdem auctoritatis ac fidei cum primis illis fuisse, quando usus uenerit, demonstraturum me spondeo atque recipio. Audus igitur conciliorum omnium valido & exquisito præsidio, cur non ingrediar in hanc palæstram animo tranquillo & præfenti, obseruaturus aduersarum quo se proripiat? Nam & euidentissima producam quæ distorquere non poterit, & probatissima quæ respuere non audebit.

C.ij.

For-

Nic. can. 6.
Chalc. act. 4.
et 16.
Constantino.
c. 5.
Eph. conc. in
ep. ad. Nest-
orium.
Nic. can. 14.
Chal. act. 11.
Nic. conc. a-
pucl. Soc. li.
1. ca. 8.
Vide. Chalc.
can. 4. 15. 23.

Rationes Redditæ

Fertasse verborum obloquendo diem extrahere conabitur : sed ab intentis hominibus, si vos ego bene noui, nec aures nec oculos compilabit. Quod si quis erit omnino tam demens, qui se vnam opponat lenatoribus orbis terre, & his quidem omni exceptione maioribus, sanctoribus, doctioribus, vetustioribus, libenter aspiciam illud os, quod vbi vobis ostendero, reliqua cogitationibus vestris relinquam. Interim hoc monebo. Qui pleno concilio ritè atque ordine consummato momentum & pondus abrogat, videri mihi nullo consilio, nullo cerebro, neque solum in theologis tardum, sed etiam in politicis inconsultum. Si vnquam Dei Spiritus illuxit Ecclesie, certe illud est tempus immittendi Numinis, quum omnium ecclesiarum que sunt in terris patentissimæ, religio, maturitas, scientia, sapientia, dignitas, vnam in urbem confluerint, adhibitisque modis omnibus, diuinis & humanis quibus in-

da.

dāgari veritas possit, premissum im-
plorent Spiritum, quō salutariter & *Matt. 28.*
prudenter fanciant. Piosiliat nunc aī- *Jo. 14.*

quis factionis hereticæ magisterus,
attollat supercilia, suspendat nasum,
frontem perfrect, iudicesq; suos tur-

riliter ipse iudicet. quos ille ludos,
quos iocos dabit? Repertus est Lu-
therus qui diceret, anteferre se Conci-
lijs, duorum suffragia bonorum & e-
ruditorum hominum (putatote suum
& Philippi) si quando in Christi
nomine consensissent. O circulos, Re-

Ib. cap. 8.
Basil.

peritus est Kemmsius, qui Concilium
Tridentinum ad suos vertiginis im-
portunæ calculos exegerit, quid lucra-
tus? infamiam. Dum ille, ni cauerit, se-
pelletur cum Arrio, Tridentina syno-

Martini Kē-
nij examen
Conc. Triden-
tini.

odus quo magis inueterascet, eo magis
indies eoq; perennius efflorescet. Bo-
ne Deus, quæ gentium varietas, qui
delectus episcoporū totius orbis, qui
Regum & Rerūpublicarum splendor,
quæ medulla theologorum, quæ san-
ctitas,

Rationes Redditæ

Ætatis, quæ lacrymæ, quæ ieiunia, qui
flores Academiæ, quæ lingue, quanta
subtilitas, quantus labor, quam infinita
lectio, quanta virtutum & studio-
rum diuitiæ, angustam illud sacrarium
impleuerunt? Audiui ego pontifices
exultantes, & in his Antonium archi-
episcopum Pragensem, à quo sum
creatus presbyter, amplissimos &
pudicissimos viros, quod in ea scho-
la hæssent aliquot annis: vt nullum
à Ferdinandi Cæsaris, cui multum debu-
erant, regalius & vberius in se bene-
ficium cohererent, quam hoc fuit, quod
in Tridētino gymnasio legati ex Pā-
noma consediſſent. Intellexit hoc Cæ-
sar, qui reuerſis ita gratulatus est, *A-*
lmis vos in schola optima.

Huc inuitati fide publica cur non
properarunt aduersarij, vt eos palam
refellerent, in quos ranunculi coaxant
e cauernulis? Hufſio & Hieronymo
figere fidem, inquit. falsum est,
nullam enim dedere. Sed nec in Hufſi-

um

um tamen animaduersum fuisset, nisi
 homo perfidiosus & pestilens, retract- Io. Huss.
 us ex fuga quam ei Sigismundus Im-
 perator periculo capitis interdixerat,
 violatis etiam conditionibus quas scrip-
 to pepigerat cum Cæsare, vim om-
 nē illius diplomatis eneruasset. Fefel-
 lit Hussium precipitata malitia. Jus-
 sus enim, cum barbaras in sua Boëmia
 tragedias excitasset, semetipsum sic-
 tere Constantiæ, despexit prerogati-
 uam Concilij, securitatem petijt á
 Cæsare. Cæsar obsignauit, Christianus
 orbis resignauit, maior Cæsare, re-
 dire ad mentem heresiarcha noluit,
 periit. Hieronimus vero Pragensis Hieron. Prag.
 furtim venit Constantiam, protectus
 á nemine, deprehensus comparuit, per-
 orauit, habitus est per benignè, liber
 abiit quo voluit, sanatus est, heresim
 eiurauit, relapsus est, exulsus est. Quid
 toties vnum exemplum de sexentis
 exagitant? Repetant annales suos.
 Martinus ipse Lutherus, odium Dei Anno, 1518.
 &

Rationes Redditæ

& hominum, Augustæ positus corā Cardinale Caietano, nonne quod potuit, eructavit, & Maximilianū literis communitus, excessit? Idem accitus Wormatiam, cum et Cæsarem et plerosq; Imperij principes haberet infensos, nonne Cæsaris verbo tutus fuit? Postremo Lutheranorū et Zuīnglianorum capita, presente Carolo quinto, hæreticorum hoste, victore, domino, nonne datis inducijs, confessiones suas toties innouatas exhibere comitijs Augustanis, et sospites abiere? Haud secus, literæ Tridentinæ locupletissimas aduersario cautiones prouiderant: uti noluit. Nimirum se iactat in angulis, in quib⁹ ubi tria verba Græca sonuerit, sapere videatur: abhorret à luce, que literatorem in numero poneret, et ad honesta subsellia deuocaret. Catholicis Anglis tale chirographū impunitatis impetrent, si diligūt salutem animarum. Nos Hussium non causabimur, in cuius

riam,

Anno. 1521.

*Augustana
concilio.*

*Vide Acta
Conc. Trid.*

riam, verbo Principis innixi, conuolabimus.

Sed vt vnde sum egressus eó regrediar, Concilia generalia mea sunt, primum, vltimum, media. his pugnabo. Hastam expectet aduersarius amentatam, quam euellere nunquam poterit. prosternatur in eo Satanas, Christus viuat.

QVINTA RATIO.

V.

ANTIOCHIAE, qua primùm in vrbe, Christianorum nobile cognomentum increbuit, doctores, id est, eminentes theologi, & prophetae, id est, concionatores perquam celebres, floruerunt. Huiusce generis *scribas & sapientes, doctos in regno Dei, nona promentes & vetera*, Christum callentes & Moyse, Dominus ipse futuro gregi prospexerat. Hos ingentis beneficij loco donatos explodere, quanti maleficij est? explosit aduersarius.

PATRES.

Act. 15.

1. Cor. 12.

Eph. 4.

1. Cor. 14.

M. tit. 13. et

23.

D. j.

quid

Rationes Redditæ

quid ita? quia stans tibi⁹ illis concidisset. Id ego cum p̄ certissimo cōperissem, pugnam simpliciter exoptavi, non illam iocularem qua turbæ velitantur in compitis, sed istam seueram & acrem qua congregimur in vestris philosphorum spacijs,

Pede pes, densusq̄, viro vir.

Ad Patres si quando licebit accedere, confectum est prælium. tam sunt nostri, quam Gregorius ipse decimus tertius, filiorum Ecclesiæ Pater amantissimus. Nam vt omittam loca sparsa, quæ ex monumentis veterum conquirenta, nostram fidem appositè affirmatèq̄ propugnant, tenemus horum integra volumina, quæ de industria religionem quam tuemur euangelicā distinctè copiosèq̄ dilucidant. Duplex Hierarchia Martyris Dionysij, quas classes, quæ sacra, quos ritus edocet? Pupugit ea res Lutherum tam valde, vt huius opera *simillima somnijs, nec non perniciosissima* iudicaret. Imitatus

S. Dion. A-reopa. de quo vide Adon. Tress. in martyrol. Adon. Turon. Syng. Suid. Metap Coment. in. 1. 13. 17. Deu. Item in Capt. Bab.

tus

tus parentem Caussæus, nescio quis terræ filius ex Gallia, non est veritus hunc Dionysium inelytæ gentis Apostolum, vocitare *delirum Jenem*. Centuriatores vehementer offendit Ignatius, offendit & Calvinum, ut in eius epistolis *deformes naevos & putidas naevus*, hominum quisquiliæ, notarint. Censoribus illis *fanaticum quiddam* Irenæus edidit: Clemens, auctor Stromatum, *zizaniæ secesque* protulit: reliqui patres huius ævi, sanè Apostolici viri, *blasphemias & monstra posteris relinquerunt*. In Tertulliano rapiunt avidè, quod a nobis edocti, nobiscum communiter detestentur: sed meminerint, libellum de præscriptionibus, qui nostri temporis sectarios tam insigniter perculit, nunquam fuisse reprehensum. Hippolytus Portuensis episcopus, quam bellè, quam clare, Antichristi neruum, Lutherana tempora, præmonstravit? Eum præpterea *scriptorem infantissimum & larrum* nominant.

Dial. 5. et 11.

Cent. 2. ca. 10.

Insti. li. 1. ca.

13. nu. 29.

Cent. 2. ca. 5.

Vide cen. 1. li.

2. ca. 10.

& sequ.

Lib. de præ-
scrip. con. her.Orat. de cons.
secul.

Iuel. &c.

D. ij.

nant.

Rationes Redditæ

nant. Cyprianum, delicias & decus
 Africae, Gallicanus ille criticus, &
 Magdeburgici, *stupidum & destitutum*
 Deo & deprauatorem penitentiae nuncu-
 parunt. Quid admisit? Scripsit enim
 de virginibus, de lapsis, de unitate Ec-
 clesiae tractationes eiusmodi, eas eti-
 am epistolas Cornelio Romano pō-
 tifici, ut nisi fides huic martyri detra-
 hatur, Petrus Martyr Vermilius, om-
 nesque cum eo foederati, peiores adulte-
 ris & sacrilegis habeantur. Ac ne sin-
 gulis insistam diutius, Patres huius
 seculi damnantur omnes, *quippe qui,*
doctrinam de penitentia mire depraua-
rint. quo pacto? nam austeritas cano-
 num quæ viguit ea tempestate, maio-
 rem in modum displicet huic sectæ
 plaussibili, quæ triclinijs aptior quam
 templis, voluptarias aures titillare, &
 puluillos omni cubito solet assuere.
 Quid ætas proxima, quid peccauit?
 Chrysostomus & ij Patres *iustitiam fi-*
dei fide videlicet obscurarunt. Nazian-
 zenus,

zenus, quem, honoris causa, Theologum veteres appellarunt, Causæ iudice, *Fabulator, quid affirmaret, nescit.*

Dial. 6. 7. 8.

Ambrosius à *Cacodemone fascinatusest.*

Hieronymus *æque damnatus atque diabolus: iniuriosus Apostolo, blasphemus, sceleratus, impius. Unus Gregorio Mas-*

Beza in Act. Apost. ca. 23.

souio *pluris est Calumnus quam centum Augustini.* parum est, centum. Lutherus *nihil facit aduersum se, mille Augu-*

Stancha. li. de Trin.

stinus, mille Cyprianos, mille Ecclesias. Ló

Liib. contra Henr. 8. Reg. Angl.

gius rem deducere, superuacaneum puto. Nam in hos qui bacchantur, quis miretur in Optatum, Athanasium, Hilarium, Cyrillos, Epiphanium, Basilium, Vincentium, Fulgentium, Leonem, Gregoriumq; Romanum fuisse procacissimos?

Quanquam si datur vlla rebus iniustis iusta defensio, non inficior, habere Patres, vbicumq; incideris, quod isti, dum sibi consentiunt, necessarió stomachentur.

Etenim qui odere stata ieiunia, quo
ani

Rationes Redditæ

in animo oportet esse in Basilium, Nazianzerum, Leonem, Chrysoftomum, qui de Quadragesima, & indictis ieiuniorum serijs. tanquam de reb⁹ iam vitatis, conciones egregias publicaverunt?

Qui suas animas auro, libidine, crapula, & ambitionis conspectib⁹ venderunt, possantne non esse inimicissimi Basilio, Chrysoftomo, Hieronymo, Augustino; quorum excellentes libri de Monachorum instituto, regula, virtutib⁹, teruntur?

Qui captivam hominis voluntatem inuexere, qui Christiana funebria sustulere, qui diuorum reliquias incendere, sintne placabiles Augustino, qui de Libero Arbitrio, libros tres, De Cura pro mortuis, vnum, De Miraculis ad Basilicas & memorias martyrum, prolixum caput nobilissimi operis & conciones aliquot exaravit?

Qui fidem suis captiunculis metuntur, nonne succenseant Augustino, cuius

*Li. 22. de Ci
Dei ca. 8. &
ser. de diuers.
34. & sequ.*

cuius est insignis epistola contra Manichæum, qua se profitetur, Antiquitati, Consensu, Successioni perpetuæ, & Ecclesiæ quæ sola inter tot hæreses Catholicæ nomen vsucapione vendicat, assentire?

*Cont. ep. Mā.
quā vocat fū
da. ca. 4.*

Optatus, Mileuitanus episcopus, Donatianam partem reuincit ex cōmunionem catholica, nequitiam accusat ex decreto Melchiadis, hæresim refutat ex ordine Romanorum Pontificum, insaniam patefacit ex eucharistia & chrisinate contaminatis, sacrilegium horret, ex diffractis altarib⁹, *in quibus Christi membra portata sunt, pollutisq; calicib⁹, qui Christi sanguinem tenuerunt.* De Optato quid sentiant, aucto scire, quem Augustinus vt

*Li. 1. cont.
Parmen.*

Li. 2.

Li. 3.

Li. 6.

*Aug. li. 1. con
Parmen.*

*De unit. ca.
16. & li. 3. de
Doct. Christ.*

ca. 40.

*Fulgent. li. 2.
ad Monim.*

Athanasij symbolum in templis cōcinunt,

Rationes Redditæ

Vide ep. Synod. Alex. ad Fel. 2.

cinunt. Num fauent ei? qui Antonium Eremitam Aegyptium, grauis auctor, accurato libello dilaudauerit, quiq; cum Alexandrina Synodo, iudicium sedis Apostolicæ, diui Petri, suppliciter appellarit? Prudentius in hymnis quoties precatur martyres quos decantat? quoties ad eorum cineres & ossa regem martyrum veneratur? Num hunc probabunt?

Hieronymus pro diuorum reliquijs & honorib⁹ scribit in Vigilantium: In Iouinianum, pro virginitatis gradu. Hunc cine patientur?

Vide ep. D.

Am. ad Epif. & Protasium, celebritate notissima, in Ita. Itē ad so. Arrianam ignominiā honestauit: cui li. 10. ep. 85. facto diuinitissimi Patres encomion Itē ser. 91. tribuere: quod factum, Deus non vno Aug. li. 22. de prodigio decorauit. Num beneuoli Cs. Des. ca. 1. sunt Ambrosio futuri?

Gre. Turo. li.

de glor. mar. Gregorius magnus noster apostolus, planissime noster est, eoq; nomine ca. 46. nostris aduersarijs odiosus, quem Cal-

Metaphrast,

uini

uini rabies negat in schola Sãcti Spiritus educatum, propterea quod sacras imagines, illiteratorum libros, appellaret.

Inst. li. 1. ca. 17.
nu. 5.

Dies me deficeret numerantem epistolas, conciones, homilias, orationes, opuscula, disceptationes Patrum, in quib' ex apparato, grauius & ornate nostra catholicorum dogmata roborarunt. Quam diu apud bibliopolas ista venierint, tam diu frustra nostrorum codices prohibentur: frustra seruantur aditus orãq; maritimæ: frustra domus, arcæ, serinia, capsulæ disquiruntur: frustra tot portis minaces tabulæ suffiguntur. Nullus enim Hardingus, nec Sanderus, nec Alanus, nec Stapletonus, nec Bristolius hæc noua somnia vehementius, quam hi quos recensui Patres, insectantur. Talia cogitanti accreuit animus & desiderium pugnæ, in qua, quoquo se mouerit aduersarius, nisi gloriam Deo cesserit, feret incommodi. Patres ad-

E. j. miserit:

Rationes Redditæ

miserit: captus est. exclusit: nullus est.

Adolescentib⁹ nobis ita contigit. Ioannes Iuellus antesignanus Caluianorum Anglię, Catholicos ad Diui Pauli Londinensium, incredibili iactantia lacessit, inuocatis per hypocrisin & imploratis Patrib⁹, quicumq^{ue} intra salutis annum sexagesimum claruissent. Accipiunt conditionem memorabiles viri, qui tum exulabant Leuanij, summis licet difficultatibus propter iniquitatem suorum temporum circumsepti. Ausim dicere, tanto popularib⁹ nostris bono fuisse illam Iuelli astutiam, inscitiam, improbitatem, impudentiam, quas ij scriptores feliciter expanderunt, vt vix aliud quidquam, memoria mea, prouenerit Anglorum ecclesię laboranti fructuosius. Edictum continuo valuis appenditur, ne qui codices illiusmodi legerentur, neue haberentur, quum tantis clamorib⁹ propemodum

EX-

extorti prodissent, didicere quicumq;
negotium attigissent, Patres fuisse ca-
tholicos, id est, nostros.

Neq; hoc sibi suisq; vulnus inflictū
Laurentius Humfredus tacuit : qui
cum altē Iuellum quoad cetera sustu-
lisset, vnā ei notam asperit in cen-
siderantiā, quōd Patrum calculos rece-
pisset: quibuscum sibi nihil esse com-
mercij, nec fore, sine vlla circuitione
proloquitur.

*Lib. de. vie.
Iuel.*

Pertentauius etiam familiariter
aliquando Tobiam Matthæum, qui
nunc in concionib⁹ dominatur, quem
propter bonas artes & virtutum se-
mina dileximus, vt responderet inge-
nuē, possetne qui Patres assiduis lec-
titaret, istarum esse partium quas ille
suaserat, retulit, non posse, si pariter
eos legeret, ij:q; crederet. Verissimum
hoc verbum est, neq; aliter aut eum
nunc, aut Matthæum Huttenum, qui
vir nominatus in paucis, verfare Pa-
tres dicitur, aut reliquos aduersarios
E, ij. qui

Rationes Redditæ

qui hoc faciunt, sentire arbitror.

Haftenus ergo securus in hanc aciem potui descendere, bellaturus cum ijs, qui quasi aurib⁹ lupum teneant, æternam causæ maculam cogantur inurere, siue reculent Patres, siue deposcant. Nam in altero fugam adornant, in altero suffocantur.

VI.

SEXTA RATIO.

FIRMAMEN-
TA
PATRVM.
10.5.

SI QVIBVS vnquam cordi curæq^{ue} fuit id, quod maximopere nostris fuit & esse debet, *Scrutaminis scripturas*: Facile principes & palmares in hoc genere sanctissimi Patres extitere. Horum operâ sumptuq^{ue}, tot gentibus & linguis transcripta Biblia & importata sunt: Horum periculis & cruciatib⁹, erepta de flammis hostilib⁹ & vastitate: horum laborib⁹ & vigilijs, omnem in partem enucleata studiosissimé. die noctuq^{ue} sacras literas imbibere, de suggestis omnibus
sa-

Sacras literas edidere, immensa volumina sacris literis ditauere, fidelissimis commentarijs sacras literas explicuere, cibos & in ediam sacris literis condiere, occupati deniq; sacris in literis ad senectutem decrepitam peruenere.

Quod si frequentes ipsi quoq; ab Auétoritate Maiorum, ab Ecclesiæ Praxi, à Successione Pontificum, à Concilijs Occumenicis, à Traditionibus Apostolicis, à Cruore Martyrum, à Scitis Præfulum, à Vilis euentisq; mirabilib⁹ argumentati sunt: tamen omnium maximè & libentissimè Sæctarum Literarum testimonia densa conglobant, hæc premunt, in his habitant, huic *armaturæ fortissimæ*, duces robustissimi, facta tecta Ciuitatis Dei *C. iust. 4.* cõtra nefarios impetus quotidie muniens, optimo iure, primas partes honoratissimasq; porrigit.

Quo magis demiror illam exceptionem aduersarij superbam & fatuam

Rationes Redditæ

am, qui velut aquam in profluente
quæritans, sic in scripturis confertissi-
mis scripturarum penuriam obiectat.
Tantisper se Patribus assensurum di-
cit, dum Sacris Literis adhærescunt.
Num loquitur ex animo? Curabo igitur
procedat armati atque stipati Chri-
sto, Prophetis, Apostolis atque omni
apparatu Biblico, celeberrimi aucto-
res, antiquissimi Patres, sanctissimi viri,
Dionysius, Cyprianus, Athanasius,
Basilius, Nazianzenus, Ambrosius,
Hieronimus, Chrysostomus, Augus-
tinus, Latinusque Gregorius. Regnet
in Anglia fides illa, utinam regnet,
quam hi Patres amicissimi scriptura-
rum ex scripturis extruunt. Quas asse-
runt, asseremus: quas conferunt, confe-
remus: quod inferunt, inferemus. pla-
cet? exsere. dic fodes. Minime verò,
inquis, nisi recte exponant. Quid est
hoc ipsum, recte? Arbitratu tuo. Nihil-
ne pudet Labyrinthi?

Ergo cum sperem in Academijs
flore-

florentissimis, consociatum iri bene multos, qui non pingui Minerua, sed acuto iudicio in has controuersias inspecturi sint, & horum responsa nugatoria libraturi, lætus hunc diem campi præstolabor, vt qui contra syluestres tumulos mendiculorum incrimium, nobilitatem & robur ecclesiæ Christi cogitem educere.

SEPTIMA RATIO.

VII.

PRISTINAM Ecclesiæ faciem historia prisca reteggit. Huc prouoco. Certè antiquiores historici, quos etiam vsurpât aduersarij, ferè numerantur, Eusebius, Damascus, Hieronymus, Ruffinus, Orosius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Cassiodorus, Gregorius Turonensis, Usuardus, Regino, Marianus, Sigebertus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus. Quid narrant? Nostrorum laudes, progressus, vicissitudinem, hostes. Imo verò, quod ob-

HISTORIA.

*Generales
Historici.*

serues

Rationes Redditæ

*Hæreticorum.
chronicæ &
historiæ.*

serues diligenter, illi qui dissident a nobis odio capitali, Philippus, Pantaleon, Funccius, Magdeburgici, quum se ad scribendam vel chronologiam Ecclesiæ, uel historiam appulissent, nisi nostrorum gesta colligerent, ac inimicorum ecclesiæ nostræ fraudes & scelera coaceruarent, mille quingentos annos argumento vacui prætermitterent.

*Historici cer-
sarum gen-
tium.*

Cum his considera peculiare certarum historiographos regionum, qui vnius acta cuiusque populi curiosius operosiusque scrutati sunt. Ij quasi Spartam adepti quæ locupletare modis omnibus & perpolire cuperent, qui ne conuiuia quidem lautiora, aut manicatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inaurata calcaria, talesque minutias, si nouitatem saperent, tacere profecto, si quid in religione mutatum aut a primis degeneratum seculis inuidissent, frequentes memorassent. si non frequentes, saltem aliqui:
si

si non aliqui, vnus aliquis absq; dubio. Nullus omnino, neque beneuolus nobis, neque maleuolus, non modo quicquam tale prodidit, sed nec significauit.

Verbi gratia. Dant nobis aduersarij, nec aliter possunt, fuisse Romanam Ecclesiam aliquando sanctam, catholicam, apostolicam: tum cum hæc a Diuo Paulo promeruisset elogia: *Vestra fides annuntiatur in vniuerso*

Ro. 1. v. 8.

mun-do: Sine intermissione memoriam vestri facio: Scio quoniam veniens ad vos in

Ro. 1. v. 9.

abundantia benedictionis Christi veniam: Salutant vos omnes Ecclesie Christi:

Ro. 15. v. 29.

Vestra enim obedientia in omnem locum

Ro. 16. v. 17.

dimulgata est. Tum, cum ibi Paulus in libera custodia, disseminaret euange-

Ro. 16. v. 19.

lium: Tum, cum in ea quondam Babilone collectam ecclesiam Petrus rege-

Act. 28.

ret: Tum, cum ille Clemens apprimè laudatus ab apostolo sederet ad ipsa

1. Pet. 5. v. 13.

gubernacula: Tum, cum prophani

Hiero. in ca. scrip. Eccl. &

Cæsares vt Nero, Domitianus, Traianus

P. ap. us. apud

Eus. 2. his. 15.

Phil. 4. v. 3.

nus Ire. li. 3. ca. 3.

F. j.

nus Ire. li. 3. ca. 3.

Rationes Redditæ

nus, Antoninus, Romanos Pontifices
lamerent. Tum etiam, vel Caluino
teste, cum Damasus, Siricius, Anasta-
sius, Innocentius, clauum tenerent A-
postolicum. Hoc enim seculo, nihil
Inft. li. 4. cap. 2. nu. 3. et in ad-
huc, præsertim Romæ, digressos ab
euangelica doctrina, liberaliter ille
concedit.

Quando igitur hanc fidem tanto-
pere celebratam Roma perdidit? quã-
do esse desijt, quod ante fuit? Quo
tempore, quo Pontifice, qua via, qua
vi, quib⁹ incrementis, vibem & orbem
religio peruasit aliena? quas voces,
quas turbas, quæ lamenta progenuit?
Omnes orbe reliquo sopiti sunt, dum
Roma, Roma inquam, noua sacramen-
ta, nouum sacrificium, nouum religio-
nis dogma procuderet? Nullus exti-
tit historicus, neq; Latinus, neq; Græ-
cus, neq; remotus, neq; citimus, qui
rem tantam uel obscure iaceret in cõ-
mentarios?

Ergo perspicuum hoc quidem est,
¶

si quæ nos credimus, historia multa & varia, nuncia vetustatis, vita memoria, loquitur ac repetit affluenter: quæ illi obtrudunt, nulla narratio post homines natos in Ecclesia valuisse cõmeminit: & historicos esse meos, & incursiones aduersarias esse frigidissimas, quæ nihil mouere possint, nisi prius receptum sit, omnes omnium temporum Christianos in spissam perfidiam atq; in Gehennæ voraginem corruisse, donec Lutherus Boram constuprasset. *Vide Coel. in ann. 1523.*

OCTAVA RATIO.

VIII.

EGO verò, præstantissimi viri, cum **PARADOXA**
de multis hæresibus, quedam apud me opinosissimorum portenta reputo, quæ mihi venient expugnanda: me ipsam inertiz vecordiq; condemnationem, si cuiusquam in experundo facultatem aut vires extimerem. Sit ingeniosus, sit eloquens, sit exercitatus,

F.ij.

tus,

Rationes Redditæ

tus. fit omnium librorum helleo, tamē aridus & balbus appareat necesse est, cum hæc tam *adynata* sustentabit. Disputabitur enim, si forte nobis annuent, De Deo, De Christo, De Homine, De Peccato, De Iustitia, De Sacramento, De Moribus. Videro an audent adseuerare quæ sentiunt, quæq; rebus addicti necessarijs diuulgant in scriptiunculis. Faxo, norint ista suorum axiomata.

<p><i>De Deo.</i> Cal. In st. lib 1. cap 18. lib. 2. c. 4. lib. 3. c. 23. et. 24. Pet Mar in I. Sam. 2. Melanct. ann. in ca. Rom 8. wittem. 1514. Sic docet Lut. in asser. 36. et iu reso 251 36. et in li. de ser. arbit. P. ref. in annot. Philippi.</p>	<p>* Deus est auctor & causa peccati, volens, suggerens, efficiens, iubens, operans, & in hoc impiorum scelerata consilia gubernans. Proprium Dei opus fuit, vt vocatio Pauli, sic adulterium Dauidis, Iudæq; proditoris impietas. † Monstrum hoc, cuius Philippum aliquando puduit, Lutherus tamen à quo Philippus hauserat, quasi oraculum cæleste miris extollit laudibus, & alumnum suum eo nomine tantum nō exæquat Apostolo Paulo. Percontabor etiam quid animi Luthero</p>
---	---

thero fuerit, quem Angli Caluini-
virum diuinitus datum ad orbem illumi-
nandum pronunciant, cum hunc ver-
 sum demeret supplicationib⁹ ecclesiæ,
Sancta Trinitas, vnus Deus, miserere no-
bis.

In Apol. Eccl.
 Ang.
 Vide ench. præ
 an. 1543.

Mox ad personam Christi pro-
 grediar. Queram ista sibi quid velint.
 Christus Dei filius, Deus de Deo,
 Caluino, *Deus ex sese: Bezæ, non est
 genitus de Patris essentia. Item. Duæ
 constituentur in Christo vniones hy-
 postaticæ, altera Animæ cum carne,
 Diuinitatis cum Humanitate, altera.
 Locus apud Ioannem, *Ego & Pater*
vnus sumus, Non ostēdit Christum
 Deum homoouision Deo Patri. Sed
 & *anima mea*, inquit Lutherus, *odit hoc*
verbum homoouision. † Pergite. *Christ⁹
 ab infantia non fuit gratia consum-
 matus, sed animi dotib⁹ velut cæteri
 homines, adoleuit, vsu factus quotidie
 sapientior, ita vt puerulus ignorantia
 laborarit. † Quod perinde est ac si di-
 cerent

DE Christo.

Inst. li. 1. c. 13.
 nu 23 24
 Bez. in Heshu.
 Bez. contra
 Schuide. li. de
 vnit. hyposta.
 dua. in Christ.
 nat.

Cal. in Io. 10.

Cont. Latom.
 Bucc. in Lu. 2.
 Cal. in har. eu.
 Lut. Loff. Hē.
 Mela. in Euan
 do. 1. post Epi.

Rationes Redditæ

Marlorat. in
Mat. 26.
Cal in Harm.
Euangel.

Brent in Luc
par 2 hom. 65
& in Catechis.
20. 551.
& in 10. ho. 4
Cal in har. eu
In eand. sentē.
Loff in Matt.
26. Schmidel.
conci. de pass.
& caena domi.
A. pinus cōm.
in psal. 16.
Cal. Iust. li 2
ca 16
Bren in ca. eck
an 1551

cerent originis labe & vitio sordida-
tū. Sed cognoscite diriora. *Christus
cum orans in horto, sudorib⁹ aquæ
manaret & sanguinis, sensu damna-
tionis æternæ cohorrui, vocem edidit
sine ratione, sine spiritu, vocē doloris
impetu repentinam, quam, vt non sa-
tis meditatam, celeriter castigauit. †
Eitne aliquid ampli⁹? Attēdite. *Chri-
stus cum aclus in crucem exclamaret,
*Deus meus, Deus meus, vt quid dereli-
quisti me,* Accensus est flammis in-
ferni, desperationis vocem emisit, non
aliter affectus quā si pereundum ei
foret interecone sc̄piterna. † His eti-
am si quid peccant, addant. Christus,
inquiunt, descendit ad Inferos, id est,
*Mortuus Gehennam gustauit, nihi-
lo minùs quā Animæ damnato-
rum, nisi quod sibi restituendus erat.
Quandoquidem enim morte corpo-
rea nihil nobis profuisset, Animā
quoq̄ luctari cum morte debuit æter-
na, atq̄ hoc modo nostrum scelus sup-
plicium

pliciumq; dependere. † Ac ne quis forte suspicetur istud Caluino per incuriam obrepisse, idem Calvinus omnes vos, *si qui doctrinam istam solati plenā exagristis, perditos appellat nebulones.* Inst li 2 ca 10
nu 12

Tempora, tempora cuiusmodi monstrum aluistis? Cruor ille delicatus & regius qui de innocētis Agni corpore lacerato fissoq; scaturijt, cuius cruoris vna quæuis guttula, propter dignitatem Hostiæ, mille mundos redimere potuisset, nihil humano generi profecit, nisi *mediator Dei & hominum homo Christus Iesus mortē quoq; secundā, mortē animæ, mortem gratiæ,* 1. Tim. 2.
Apoc. 2. peccati solius & exitiabilis blasphemæ sociam pertulisset? Præ hac insania modestus videbitur Bucerus, quāquam est impudens, qui infernum in Bucer in Mat. ca 16 symbolo, sepulcrum accipit, per pexegezin valde præposteram, ac potius tautologiam ineptam atq; stolidam. Anglicani sectarij, pars Caluino, Idolo suo, pars Bucero, magno magistro

Rationes Redditæ

gistro solent accedere: pars etiam sub-
murmurant in hunc articulum, ne
quid facellat ultra molestiæ, quem-
admodum sine tumultu penitus exi-
matur de symbolo. Id verò etiam fu-
ille tentatum in conuenticulo quo-
dam Londinensî, memini narrare
mihî qui interfuit Richardum Che-
nium, miserimum senem, inale mul-
ctatum a latronib⁹ foris, neq^{ue} tamen
ingressum in paternam domum. Hac-
tenus de Christo.

De Homine. De Homine quid? *Imago Dei
penitus in homine deleta est, nulla
boni scintilla superstite: tota natura
quoad omnes Animæ partes ita fun-
ditus euerfa, vt ne renatus quidem &
sanctus quicquam sit aliud intrinse-
cus, nisi mera corruptio atque conta-
gio. † Quorsum ista? Vt qui sola fide
gloriam rapturi sunt, in omnium tur-
pitudinum cœno volutati, naturam
accusent, virtutem desperent, præcepta
deonerent.

De Homine.

Jilys in varijs

lib de ori pecc

Cal Jasi lib 2

ca 5

Sacer de conf

ve Eccle

Aepin de imb

& pecc Sacer

Kem contra

Cent Col

Huc

Huc Illyricus, Magdeburgensium primipilus, illud suum adiecit immane placitum de originis peccato, quod esse vult, Intimam substantiam Animarum: quippe quas, post Adami lapsum, diabolus ipse procreet, & in sese transformet. Hoc quoque tritum est in hac fece, omnia peccata esse paria: sed ita (ne Stoici reuiuiscant) si Deo iudice ponderentur. Ac si Deus, æquissimus iudex, oneri nostro cumulum potius quam leuamentum faceret, & id quod non est in re, quum sit ipse iustissimus, exaggeraret. Hac trutina, non leuius in Deum seuerissime iudicantem deliquerit ille caupo qui gallum gallinaceum, quando non est opus, occiderit, quam infamis ille sicarius, qui plenus Bezâ, Gallum Heroa Guisium, admirabili virtute principem, dispiosa fistula clanculum interemit, quo facinore nihil vidit orbis noster ætate nostra funestius, nihil luctuosius.

De Peccato.

Illyri. in vari.
h. de pec. orig.
Vide Heshuf.
in ep. ad Illyr.
An peccatum
sit substantia,

Cal. in Antid.
Conc. Trident.

Idē docuerat
Wiclef. apud
Wal. lib. 2. de
Sacr. ca. 13 4.

G. j.

Sed

Rationes Redditz

DE GRATIA. Sed fortasse, qui tam sunt in peccati conditione tetrici, magnifice philosophantur de diuina gratia, quæ huic malo succurrere ac mederi possit. Praclaras verò illi partes assignant gratiæ, quam neq; infusam cordibus nostris, neq; ad resistendum sceleribus validam esse latrant, sed extra nos in solo Dei fauore collocant: qui fauor non emendet impios, nec purget, nec illuminet, nec dicit, sed veterem illam sentinam adhuc manentem atq; factentem, ne deformis & odiosa putetur, Deo coniuuente, dissimulet. Quo suo plasmate tantopere delectantur, ut ne Christus quidem aliter apud illos gratia plenus & veritate dicatur, quam quòd ei Deus Pater mirandum in modum fauerit.

DE IUSTITIA. Quæ res ergo iustitia est? Relatio. Non enim ex theologice concinnata virtutib⁹ fide, spe, charitate, quæ Animum in suo nitore conuestiant, sed tantum occultatio delicti, quam qui sola fide

Luth in resp.
contra Leuan.

Puce in loc. 1.
Well in nata
Christi.
Brent. ho. 12.
in Leu.

Cent. 1. l. c. 4.

fide prehenderit, ille tam de salute certus est, ac si iam pridem interminato cæli gaudio frueretur †

Age, somniet hoc: sed vnde constare poterit de futura perseverantia, qua qui caruit, exiit infelicissimus, licet ad tempus purè piequè iustitiam coluisset? Imo vero hæc tua fides, Calvinus ait, nisi tuam tibi perseverantiam firmè prænunciet, ut allucinari nequeas, tanquam inanis & languida sperneretur. Agnosco discipulum Lutheri. Christianus, inquit ille, etiam volens, non potest salutem perdere, nisi nolit credere.

Matt. 12.

Luc. 11.

Inst. lib. 3. c. 2.

Li. de cap. Ba.

Ad Sacramenta festino. Nullum, nullum, non duo, non vnum, o sancte Chrille, reliquerunt. Ipsorum quippe panis, venenum est. Baptismus, etsi adhuc verus est, tamen ipsorum iudicio nihil est, non est vnda salutaris, non est canalis gratiæ, non deivuat in nos Christi merita, sed significatio duntaxat salutis est. Itaq; nihilo plu-

DE SACRAMENTIS.

Cal. inst. li. 4.

ca. 35.

G. ij.

ris

Rationes Redditæ

- Cent. 1. l. 1. ca. 10.** ris Baptismum Christi quoad naturam rei, quam Ioannis fecere caerimoniam. Si habeas, recte: si careas, nihil damni: crede, saluus es antequam abluare. Quid ergo paruuli, qui nisi inuentur virtute Sacramenti, sua fide miselli nihil assequuntur? Potius quã Sacramento Baptismatis quicquam tribuamus, inquit Magdeburgici, demus inesse fidem ipsis infantulis, qua seruentur, cuius fidei pulsus quosdam abditos intelligant ipsi, qui viuant necne nondum intelligunt. Durum. Si hoc adeo durum est, Lutheri pharmacum auditote. Præstat inquit omittere, quando quidem nisi credat infans, nequequam lauatur. Hæc illi quidem ancipites animo, quidnam enuncient categoricè. Ergo Baltasar Pacimontanus, dimbitor interueniat: qui parès Anabaptistarum, cum paruulis motum fidei non posset affingere, Lutheri cautiunculã approbavit, & pædobaptismum eiciens e templis,
- Lut. li. de cap. Bab.**
Cent. 2. ca. 5. cap. 4.
Lut. aduersus Cochl. Item epist. ad Melanct. to. 2. cris ep. ad wal
Anabaptif. 2.
- nc-

neminem nisi adultum fonte sacro
decreuit abluere. Ad reliqua Sacramē-
ta quod attinet, quamuis illa bestia *Apoc. 13.*
multiceps horrendas eiecit contume-
lias, tamen quia quotidianæ iam sunt,
& callum auribus obdlexerunt, hic
prætereo.

Restant hæreticorum de vita & *De Moribus*
morib⁹ frustra nocentissima, quæ Lu-
therus euomit in chartas, ut ex vni-
us pectoris impuro gurgustio pestem
lectoribus inhalaret. Audite patienter,
& erubescite, & mihi date veniam re-
citant. *Si nolit vxor, aut non *Ser. de Matri.*
possit, veniat ancilla. Siquidem res *Li. de vo. con.*
vxoria tam est cuiq; necessaria, quam *et alle. art. 16.*
esca, potus, somnus. Matrimonium
est virginitate multo præstantius.

Eam Christus, eam Paulus dilua scē- *Li. de vo. Eu.*
runt hominibus Christianis. † Sed *Li. de vo. mo.*
hæc fortasse propria Lutheri sunt. *Charc. lib. in*
Non sunt. Etiam nuper a meo Char- *Centorem lu-*
co, sed miserè timideq; defenduntur. *um.*
Vultis ne plura? Quid ni? *Quanto *Lut. sermo. de*
scelera- *pis. Pet.*

Rationes Redditæ

- Affert. 32.* sceleratior es, inquit, tanto vicinior gratiæ. Omnes actiones bonæ peccata sunt, Deo iudice, mortifera: Deo propitio, leuiscula. Nemo malum suapte voluntate cogitat. Decalogus nihil ad Christianos. Opera nostra Deus nequaquam curat. Soli recte participant cœna dominica, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas, erraticas, apportant conscientias. Confitenda crimina sunt, sed cuiuslibet, qui si te vel ioco absoluerit, modo credideris, absolutus es. Legere preces horarias non est sacerdotum, sed Laicorum. Christiani liberi sunt à statuti hominum. ‡ Satis superq̃ lacunam istam commôsse videor. Iam finio. Nec veró putetis iniquiorem esse me, qui Lutheranos & Zuinglianos promiscuè coarguerim. Nam isti memores à quo profeminati sint, inter se fratres & amici volunt esse, adeoq̃ grauem interpretantur iniuriam, cum in vlla re præter vnã, discrimi-
- Li. de ser. arbi. Ser. de Moyse*
- Li. de cap. Ba.*
- Apolo. Eccles. Angl.*
- nan-

nantur.

Equidem non sum tanti, vt vel mediocrem locum mihi sumam in selectis theologis, qui hodie bellum hæresibus indixere: sed hoc scio, quantumluscunq̄ sum, periclitari me non posse, dum Christi gratia fultus, aduersum talia commenta, tam inuisa, tam infusa, tam bruta, cælo terraq̄ iuuantibus, præliabor.

NONA RATIO.

IX

SCITVM est, inter cæcos luscum *Sophismata.*
regnare posse. Apud rudes valet sepe fucata disputatio, quam schola philosophorum exhibilat. Multa peccat aduersarius in hoc genere: sed quatuor fallacijs plerumq̄ consuitur, quas in Academia malim, quam in triuio retexere.

Primum vitium, *Skiamachia* est, *Sciamachia.*
quæ auras & umbras magno conatu diuerberat. Hoc pacto. Contra cœlibes

Rationes Redditæ

1. Cor. 7.

bes iuratos & votos in castimoniam, quod nuptiæ bonæ sint, virginitas melior : afferuntur scripturæ loquentes honorificè de cōiugio Quem ferunt? Contra meritum hominis Christiani, tinctū Christi sanguine, alioqui nullum, promuntur testimonia, quib⁹ iubemur, nec naturæ, nec legi, sed sãgumini Christi fidere. Quem refellunt? In eos qui colūt cœlites, vt famulos Christi maximè gratiosos, citantur integræ pagellæ quæ vetant colere multos Deos. Vbinam sunt? Huiusmodi argumentis quæ apud hereticos infinita reperio, nobis esse detrimento non poterunt, vobis esse fastidio poterunt.

Logomachia.

Aliud vitium *Logomachia* est, quæ sensa deserens, loquaciter cum verbo litigat. *Inuenias mihi missam*, inquit, *aut purgatorium in scripturis.* Quid ergo? Trinitas, Homoousios, Persona, nusquam sunt in Biblijs, quia voces istæ non sunt? Affine est huic peccato, literarum aucupiū, quum neglecta

com

consuetudine & mente loquentium,
 quæ vita vocabuli est, aduersus elemē-
 ta cōtenditur. Nempe sic aiunt: *Pres-
 byter, nihil est Græcis aliud nisi senior.
 Sacramentum, quoduis mysterium.*

Cæterū acute D. Thomas, vt omnia,
 In vocibus, inquit, videndum, non tā
 ex quo, quā ad quid, sumantur.

Tertium, *Homonymia* est, longè *Homonymia.*
 lateq; patens. Vt: *Quorsum ordo sacer-*
dotum, cum Ioannes omnes nos voca- *Apoc. 5.*
uerit sacerdotes? Etiam hoc addidit.
Regnabimus super terram. Quorsum
 ergo Reges? Item: *Propheta celebrat*
ieiunium spiritale, hoc est, ab inuetera- *Isai. 48.*
tis criminibus abstinentiam. Valeat ergo
 ciborum delectus & dierum præscrip-
 tio. Siccine? Igitur insanierunt Mo-
 yses, Dauid, Helias, Baptistes, Apost-
 oli, qui biduo, triduo, vel hebdomadis
 inediā terminarunt, quæ quidem, vt a
 criminis, debebat esse perpetua. Hoc
 quale sit iam vidistis. Propero.

Quartum his adijcitur, *Circulatio:* *Circulatio.*

H. j.

In

Rationes Redditæ

In hunc modum: Da mihi notas, inquam, Ecclesiæ, *Verbum Dei & purissima Sacramenta*. Hæccine sunt apud vos? *Quis dubitet?* Ego verò pernego. *Consule verbum Dei*. Iam consului, minusq; vobis, quàm ante, faueo. *Ah, tamen planum est*. Proba mihi. *Quia nos ne latum quidem unguem discedimus à verbo Dei*. Vbi est acumen tuum? semperne capies pro argumento, illud ipsum quod ponitur in quæstione? Quoties hoc iam inculco? Non tu euigilas? Num faces adiuuendæ sunt? Dico, à te perperam exponi verbum Dei: testes habeo quindecim ætates: ista sententiæ, non meæ, non tuæ, sed harum omnium. *Stabo sententia verbi Dei: Spiritus ubi vult, spirat*. Eccum, quos gyros, quas rotas fabricat? Hic nugator, tot verborum atq; sophismatum architectus, nescio cui formidolosus esse queat, molestus erit fortasse. Molestiã vestra prudentia subleuabit, formidinem res eripuit.

DE.

Ioa. 3.

DECIMA RATIO.

X

HAEC erit vobis directa via, ita ut *OMNE GE-
stula non errent per eam.* Quis enim, *NVS TESTI-
VM.*
quamuis hebes in plebecula, dummo- *Isa. 35.*
do salutis cupidus parumper attende-
rit, semitam Ecclesiae tam egregie cō-
planatam, non videat, non teneat, ve-
pres & cautes & auia detestatus? E-
runt hæc etiam rudibus explorata, si-
cut Isaias vaticinatus est, vobis igitur,
si voletis, exploratissima.

Theatrum vniuersitatis rerum po-
namus ob oculos: quicquid est vspi-
am peragremus: omnia nobis ad ar-
gumentum suppeditāt. Eamus in cœ-
lum: Rosas & lilia contemplemur: *COEles.*
purpuratos nempe martyrio, cādida- *Aug. ser. 37.*
tos innocentia. Romanos, inquam, *de Sanct.*
Pontifices tres & triginta continenter *Dam. in vi.*
occisos: Pastores terris omnibus, qui *Pont. Rom.*
suum pro Christi nomine sanguinem
oppignerarunt: Greges fidelium, qui
H. ij. Past-

Rationes Redditæ

Pastorum vestigijs institere: Diuos
 omnes coelites, qui turbæ hominum,
 puritate & sanctimonia præluxere.
 Nostros hic vixisse, nostros hinc emi-
 grassse reperias. Noster fuit, vt paucula
 delibemus, ille martyrij sitientissimus
Hier. in cat. script. Ignatius, qui in rebus ecclesiæ nemi-
In epistol. ad Smyr. nem, ne regem quidem, æquauit epis-
Eusl. 1.3.c.30. copo: qui traditiones quasdam Apo-
Dam. in vit stolicas quarum testis ipse fuerat, ne
Telesp. 10. 1. dilaberentur, scripto mandauit. Nost-
con. c. stat. d. er, Anachorita Telesphorus, qui iei-
 5. nium Quadragesimæ sancitum ab A-
Li. 3. c. 3. postolis obseruari seuerius iussit. No-
Eusl. 5. h. 24. ster Irenæus, qui á successione cathe-
 draq; Romana, fidem Apostolicam,
 declarauit. Noster, Victor pontifex,
 qui Asiam edicto coercuit vniuersam:
 quod cum aliquibus, atq; etiam huic
 Irenæo viro sacratissimo videretur as-
 perius, nemo tamen attenuauit vt ex-
 oticam potestatem. Noster Polycar-
Eusl. 4. h. 14. pº qui super quæstione paschatis Ro-
Sindas. mam adiit, cuius ambustas reliquias,
 Smyr.

Smyrna collegit, anniuersario die rituq; legitimo, suum episcopum venerata. Nostri Cornelius & Cyprianus, aureum par martyrum, ambo magni præfules, sed maior ille, qui Romanus Africanum errorem resciderat, hic nobilitatus obseruantia, qua maiorem est prosequutus amicissimū sui. Noster Sixtus, cui ad aram solennibus sacris operanti, ministrarunt e clero septem uiri. Noster Laurentius huius archidiaconus, quem aduersarij de suis fastis eijciunt, quem ante mille ducentos annos vir Consularis Prudentius sic orauit.

Quæ sit potestas credita,
 Et muneris quantum datum,
 Probant Quiritum gaudia,
 Quibus rogatus annuis.
 Hos inter, o Christi decus,
 Audi & Poëtam rusticum,
 Cordis fatentem crimina
 Et facta prodentem sua.
 Audi benignus supplicem

Christ-

Eus. 7. hist. 2.

*Prud. in hym
de S. Laur.*

Vs. Aug. ser.

1. de S. Laur

Amb. l. 1. off.

c. 4. l. 2. off.

c. 28.

*Leo. serm. in
die S. Laur.*

Rationes Redditæ

Christi reum Prudentium.

Metaphr. Nostræ, virgines illæ perbeatæ, Cecilia, Agatha, Anastasia, Barbara, Agnes, Lucia, Dorothea, Caterina quæ decretam pudicitiam aduersus & hominum & demonum tyrannidem firmauerunt. Nostra Helena quam Dominicæ crucis inuētio celebrauit. Nostra Monica, quæ moriens orari & sacrificari p̄ se mortua ad altare Christi, religiosissimè flagitauit. Nostra Paula, quæ ex urbano palatio & optimis prædijs in speluncam Bethleemiticam tantis itineribus peregrina currit, vt ad Christi vagientis cunabula delitesceret. Nostri Paulus, Hilari-
Amb. ser. 90 on, Antonius, seniculi solitarij. Noster
20. 3. & l. 1. de Satyrus, Ambrosij germanus frater,
Virg. qui tremendam illam hostiam circum
Ado. Tre. in se gestans in orario, naufragus insiliit
martyr. in oceanum, & fide plenissimus en-
Euf. 8. hi. 17. tauit. Nostri Nicholaus & Martinus
Ruf. l. 1. ca. 8. episcopi, exerciti vigilijs, paludati cili-
Ex Aug. l. 9. cijs, ieiunio pasti. Noster Benedictus,
con. capit. 7. tot
vsque ad 13.
Hier. in epist.
Paul.
Hiero.
Athanas.
Amb. in ora.
fu. de Satyro
Ioan. Diaco.
Seu. Sulp.
Metaph.
Gre. l. 2. dial.

tot monachorum pater. Chiliadas istas decennio non exequerer. Sed nec illos repeto quos in Ecclesiæ doctoribus ante posueram. Memor sum breuitatis meæ. Petat ista qui volet non solum ex abundanti veterum historia, sed multo etiam magis ex grauissimis auctoribus qui penè singuli Diuos singulos memoriæ reliquerunt. Renunciet mihi de Christianis illis antiquissimis & beatissimis, quid autemet, vtrius doctrinæ fuerint, Catholicæ an Lutheranæ. Testor Dei solium, & illud tribunal ad quod stabo rationem rationum harum & Dicti Facti redditurus, aut nullum coelum esse, aut nostrorum esse. illud execramur, hoc ergo defigimus.

Vid. 12. tom.
Surii.

Nunc e contrario, si libet, inspiciamus in Tartara. Cremantur incendio sempiterno, qui? Iudæi, quam ecclesiam auersati? nostram, qui? Ethnici, quam ecclesiam crudelissimè persecuti? nostram, qui? Turci, quæ templa

D Ammati.

Rationes Redditæ

pla demoliti? nostra. qui? Heretici. cuius ecclesie perduelles? nostre. Quæ enim ecclesia præter nostram, omnib⁹ inferorum portis se opposuit?

Mat. 16.

Indaci.

Euf. 4. hist. 5

Hier. in epist.

Paul.

Et in epist. ad

Marcel. Et

passim in ep.

Cum, pulsis hebræis, Christiani succrescerent Hierosolymis, Deum im- mortalem, qui concursus hominum ad loca sacra fuit, quæ vrbis religio, quæ sepulchri, quæ præsepj, quæ cru- cis, quæ monumentorum omnium, quibus velut exuijs mariti Ecclesia iponsa delectatur? Hinc manauit in nos Iudæorum odium, ferum & im- placabile. Queruntur etiam nunc, ma- iores nostros maiorib⁹ suis exitio fu- ille. A Simone Mago & Lutheranis nullum ictum acceperunt.

Ethnici.

Leo serm. de

D. Laurent.

In Ethnicis violentissimi fuere, qui toto Imperio, trecentis annis, per in- terualla temporum, aerumnosissima Christianis supplicia machinati sunt. Quibus? Patribus & filijs nostræ fi- dei. Cognoscite vocem tyranni qui Diuū Laurentium torruit in craticula.

Hunc

Hunc esse vestris Orgijs

Morēq; & artem proditum est: *Prud. in hym*

Hanc disciplinam foederis,

de S. Laur.

Libent vt auro antistites.

Argenteis scyphis ferunt,

Fumare sacrum sanguinem,

Auroq; nocturnis sacris,

Adstare fixos cæreos,

Tunc cura summa est fratribus,

(Vt sermo testatur loquax)

Offerre, fundis venditis,

Sestertiorum millia.

Addicta auorum prædia

Fædis sub auctiõibus

Successor ex hæres gemit,

Sanctis, egens, parentibus.

Hæc occuluntur abditis

Ecclesiarum in angulis:

Et summa pietas creditur

Nudare dulces liberos.

Deprome thesauros, malis

Suadendo quos præstigijs

Exaggeratos obtines,

Nigrante quos claudis specu.

Hos

I. j.

Rationes Redditæ

Hos poscit vsus publicus,
Hoc fiscus, hoc ærarium,
Vt dedita stipendijs
Ducem iuuet pecunia.

Sic dogma vestrum est, audio,
Suum quibusq; reddito,
En Cæsar agnoscit suum
Numisma, numis inditum.

Quod Cæsar scis, Cæsari
Da: nempe iustum postulo.
Ni fallor, haud vllam tuus
Signat Deus pecuniam,

Nec cum veniret, aureos
Secum Philippos detulit,
Præcepta sed verbis dedit
Inanis à marsupio.

Implete dictorum fidem,
Quæ vos per orbem venditis
Numos libenter reddite,
Estote verbis diuites.

Quis videtur? In quos furit? Cuius ec-
clesiæ sacra, lychnos, ritus, ornamenta
conuellit? Cui patellas aureas, & ar-
genteos calices, & sumptuosa donaria,
&

& opulentā gazam inuidet? Profecto
 lutherizat. Quod enim aliud velum
 suo latrocinio nostri Nemrodes ob- *Gen. 10.*
 tenderent, cum depecularentur eccle-
 sias, et Christi patrimonium dissipa-
 rent? Contra verò Magnus ille Con-
 stantinus, *Christomastigon* terror, quā
 ecclesiam tranquillauit? Illam, cui
 pontifex Syluester præfuit, quem in *Dam. in Syl.*
 Soracte latitantem accersijt, vt eius o- *Zonaras*
 perâ, nostro baptisinate tingeretur.
 Quibus auspicijs victor? signo crucis, *Euf. lib. 2. de*
 Qua matre gloriosus? Helena, Quibus *vit. Const. ca.*
 se Patribus adiunxit? Nicenis. Cuius- *7. 8. 9.*
 modi? vt Syluestro, vt Marco, vt Iu- *Sozom. lib. 1.*
 lio, vt Athanasio, vt Nicholao. Cuius *cap. 9.*
 se precibus commendauit? Antonij.
 Quam sellam postulauit in synodo?
 vltimam. O quanto regalior hac se-
 de, quam qui reges titulum non debi-
 tum ambierunt? Singula narrare lon-
 gum est. Sed ex his duobus, altero
 nobis infestissimo, altero nobis ami-
 cissimo, licebit singula conijcere, quæ
 I. ij sunt

Rationes Redditæ

sunt horum simillima. Etenim, vt nostrorum illa fuit epitasis turbulenta, sic nostrorum hæc euasit diuina catastrophe.

Turci.

Turcica videamus. Mahometes & Sergius monachus apostata, in pro-

Zonaras.

fundo barathro iacent vlulantes, & suis & posterorum sceleribus onusti.

Vide Uolat.

Hæc portentosa & efferata bellua, Saracem, Turci, nisi a nostris ordinibus

Iosuum.

militiæ sacræ, nisi a nostris Principib⁹

Amil. l. 8.

& populis accisa fuisset ac repressa, per Lutherum quidē (cui gratias hoc

Blond. l. 9 de.

2.

nomine Solymanus Turcus literis egisse dicitur) & per Lutheranos regulos (quibus Turcorum progressio lætabilis existimatur) hæc, inquam, Erinys furiosa & exitiosa mortalibus, totam iam depopularetur & vastaret Europam, neq; indiligentiùs altaria & signa crucis, quam ipse Calvinus euerteret. Ergo nostri hostes illi sunt proprii, vtpote nostrorum industria, à Christianorum iugulis repulsi.

Despe-

Despectemus in Hæreticos, feces,
 & folles, & alimenta Gehennæ. Pri- *Hæretici.*
 mus occurrit Simon Magus: Quid il- *Clem. l. 1. re-*
 le? Eripiebat homini liberam volun- *cog.*
 tatem: solam fidem percrepabat. Mox *Iren. l. 1. c. 2.*
 Nouatianus: Quis? Antipapa Corne- *Cyp. ep. ad In-*
 lio Pontifici Romano, hostis Sacra- *basian. & l. 4.*
 mentorum Pænitentiae & Chrisma- *ep. 2.*
 tis. Deinde Manes persa: Hic doce- *Theodore. de*
 bat, baptismum salutem non confer- *fab. haeret.*
 re. Post, Aërius Arrianus: preces dam- *Aug. her. 59.*
 nabat pro mortuis, confundebat epif- *Epiph. haere.*
 copis sacerdotes, cognominatus A- *75. Socra. l. 2.*
 theos non minùs quam Lucianus. Se- *c. 35.*
 quitur Vigilantius, qui Diuos orari *Hiero. in Iou*
 non ferebat: ac Iouinianus, qui virgi- *& Vigil.*
 nitatem & nuptias æquiparabat: de- *Aug. her. 82.*
 niq; colluies vniuersa, Macedonius,
 Pelagius, Nestorius, Eutiches, Mono-
 thelitæ, Iconomachi, cæteri, quibus
 Lutherum & Calvinū posteritas ag-
 gregabit. Quid isti? Omnes mali cor-
 ui, eodem ouo geniti, ab Ecclesiæ no-
 stræ præsulibus desciiuerunt, ab illis e-
 uicti

Rationes Redditæ

uicti & exinaniti sunt.

TERRAE.

Deseramus Auernum, reddamur terris. Quocunq; me oculis & cogitatione conuertero, siue Patriarchas intueor & sedes Apostolicas: siue Antistites cæterarum gentium: siue laudatos Principes, Reges, Cæsares: siue Christianorum cuiusq; Nationis initia: siue vllum iudicium vetustatis, aut lumen rationis, aut honestatis decus: nostræ fidei seruiunt & suffragantur omnia.

Sedes Apostolicae.

Ep. 162.

Vide Tert.

de praesc.

Aug. li. 2. de

Doct. Christ.

ca. 8.

Disiunctissima terrae.

Testis Romana successio, in qua semper Ecclesia, (vt cum Augustino loquar) *Apostolica cathedra viguit principatus*: Testes illæ reliquæ Sedes Apostolicæ, in quas hoc nomen insignitè conuenit, quòd ab ipsis Apostolis horumue auditoribus exædificatæ fuerint.

Testes vbiuis gentium pastores, loco disiti, religione nostra concordēs. Ignatius & Chrysostomus Antiochiæ: Petrus, Alexander, Athanasius, Theo-

Theophilus, Alexandria: Macarius & Cyrillus, Hierosolymis: Proclus Constantinopoli: Gregorius & Basilius in Capadocia: Thaumaturgus in Ponto: Smyrnae Polycarpus: Iustinus Athenis: Dionysius Corinthi: Gregorius Nissa: Methodius Tyri: Ephreminus in Syria: Cyprianus, Optatus, Augustinus in Africa: Epiphanius in Cypro: Andreas Creta: Ambrosius, Paulinus, Gaudentius, Prosper, Faustus, Vigilus in Italia: Irenaeus, Martinus, Hilarius, Eucherius, Gregorius, Saluianus in Gallia: Vincentius, Orosius, Hildephonsus, Leander, Isidorus in Hispania: In Britannia, Fugatius, Damianus, Iustus, Mellitus, Beda. Denique ne ambitiosus videar in nominibus, quaecumque vel opera vel fragmenta supersunt eorum qui disiectissimis terris euangelium seuerunt, omnia nobis vnā fidē exhibent, quam hodie, Catholici profitemur. Christe, quid causae tibi afferam, quo minus
me

*Hier. in cat.
scrip. eccl. &
alii.*

Rationes Redditæ

me de tuis extermines, si tot luminib⁹
Ecclesie, tenebricosos homulos, pau-
cos, indoctos dissectos, improbos an-
tetulero?

Principes. Testes item Principes, Reges, Cæ-
sares, horumq^{ue} respublicæ, quorum et
ipforum pietas, et ditionum populi,
et pacis belliq^{ue} disciplina, se penitus in
hac nostra doctrina catholica funda-
uerunt. Hic ego quos ab oriente The-
odosios, quos ab occidente Carolos,
quos Edouardos ex Anglia, Ludouic-
cos e Gallia, Hermingildos ex His-
pania, Henricos e Saxonia, Wences-
laos e Boëmia, Leopoldos ex Austri-
a, Stephanos ex Hungaria, Iosapha-
tos ex India, quos orbe toto dynastas
atq^{ue} toparchas passim arcessere: qui
exemplo, qui armis, qui legibus, qui
solicitudine, qui sumptu, nostram ec-
clesiam nutrierunt? Sic enim præci-
nuit Isaias: *Erunt Reges nutricis tui, &
Regna nutrices tue.* Audi Elizabetha,
Regina potentissima: tibi tantus Pro-
pheta

*Vide 12. tom.
Sarii.*

Isa. 48.

pheta canit, te tuas partes edocet. Narro tibi: Calvinum & hos Principes vnum cœlum capere non potest. His ergo te Principibus adiunge, dignam maioribus, dignam ingenio, dignam literis, dignam laudibus, dignam fortuna tua. Solum hoc de te molior ego, & moliar, quicquid me fiet, cui tanquàm hosti capitis tui, toties iam isti patibulum ominantur. Salue bona crux. Veniet, Elizabetha, dies, ille ille dies, qui tibi liquidò commonstrabit, vtri te dilexerint, Societas IESV, an Lutheri progenies. Pergo.

Testes iam oræ plagæ mundi, quibus Euangelica tuba post Christum natum insonuit. Parumne hoc fuit, Idolis ora claudere, Dei regnum gentibus importare? Christum Lutherus, Catholici Christum loquimur. Num diuisus est Christus? minimé. Aut nos, aut ille falsum Christum loquimur. Quid ergo? Dicam, Christus ille sit, & illorum sit, quo

K.j. Da-

*Nationes ad
Christum
traducta.*

1. Cor. 1.

Rationes Redditæ

1. Reg. 5.

Dagon inuecto ceruices fregerit. No-
ster Christ⁹ opera nostrorum vti vo-
luit, cum Ioues, Mercurios, Dianas,
Phœbades & illam noctem seculorum
atram, Erebumq; tristem, e tot popu-
lorum cordibus relegaret. Non est o-
tium longinqua perquirere: Finitima
tantum atq; domestica speculemur.
Hiberni ex Patritio, Scoti ex Palla-
dio, Angli ex Augustino, Romæ sa-
cratis, Roma missis, Romam veneran-
tibus, fidem, aut nullam, aut certé no-
stram, id est, catholicam infuxerunt.
Res aperta. Curro.

*Cumulus re-
stium.*

Testes Academiæ, testes legum
tabulæ, testes vernaculi mores homi-
num, testes electio Cæsarum & inau-
guratio, testes regum ritus & inunctio,
testes equitum ordines ipsaq; chlamy-
des, testes fenestræ, testes numi, testes
urbanæ portæ domusq; ciuicæ, testes
auorum fructus & vita, testes res om-
nes & reculæ, nullam in orbe religio-
nem nisi nostram, imis vnquam radi-
cibus

cibus infedisse.

Quæ mihi cum suppeterēt, & certè sic afficerēt meditantem, vt his omnib⁹ nūcium remittere Christianis, & consociari cum perditissimis quibusq^{ue}, videretur insolentis insanix: non diffiteor, animatus sum et incensus ad conflictum, in quo nisi Diui de cœlo deturbentur, et superbus Lucifer cœlum recuperet, cadere nunquam potero. Quo mihi sit æquior Chærcus, qui me tam immaniter concerpit, si hanc animulam peccatricem quam tanto Christus emit, viæ tutæ, vię certę, vię regię malui credere, quàm Caluini scopulis dumetisue suspendere.

Conclusio.

HABETIS à me, florentes Academici, hoc munusculum, contextum operis in itinere subcisuis. Animus fuit et purgare me vobis de arrogantia, et satisfacere de fiducia, et inter-

rum

Rationes Redditæ

rim dum ab aduersarijs vnà mecum
ad scholas inuitemini, quedam appo-
nere degustanda. Si æquum, si tutum,
si honestum ducitis, haberi Lutherū,
aut Caluinum, Canonem Scripturæ,
Mentem Sancti Spiritus, Normam
Ecclesiæ, Conciliorum Patrumq̃ Pa-
dagogum, omnium deniq̃ testium et
seculorum deum, nihil est quod spe-
rem, vobis lectoribus vel auditoribus:
Sin estis ij, quos apud animum for-
maui meum, philosophi, oculati, a-
matores veri, simplicitatis, modestiæ:
hostes temeritatis, nugarum, sophis-
matum, facile diem in aprico videbi-
tis, qui dieculam angusta rima dispi-
citis. Dicam liberè, quod meus in vos
amor, et vestrum periculum, et rei
magnitudo postulat. Non hoc nescit
diabolus, vos istam lucem, si quando
cæperitis oculos attollere, conspectu-
ros. Cuius enim stuporis fuerit, anti-
quitati Christianæ Hæmeros et Char-
cos anteponere? Sed sunt quedā ille-
cebræ

cebræ Lutheranæ, quibus suū ille regnum amplificat, quibus ille tendiculis hamatus multos iam vestri ordinis inescavit. Quenam? Aurum, gloria, delicia, veneres, contemnite. Quid enim aliud ista sunt, nisi terrarum ilia, canorus aër, popina vermium, bella sterquilinia? spernite. Christus diues est, qui vos alet: Rex est, qui ornabit: Lautus est, qui satiabit: Speciosus est, qui felicitatum omnium cumulos largietur. Huic vos adscribite militanti, vt cum eo triumphos, verè doctissimi, verèq; clarissimi reportetis. Valet.

Cosmopoli. 1581.

Errata sic corrigito.

F. P. L.

- | | | | |
|-----|----|-----|--|
| 3. | b. | 22. | l. paradifum. |
| 4. | b. | 10. | l. Indicauit. |
| 7. | a. | 7. | l. mucofis. |
| 10. | b. | 23 | l. inquit. Qui? Cō-
ftantiensis concilij
proceres. Falfum
eft &c. |
| 21. | a. | 23. | l. profani. |
| 30. | a. | 13. | l. nobis argumentum. |
| 35. | b. | 9. | l. indicium. |

Reliqua minuta funt.